

PREFACE OF PENTECOST

Qui ascendens super omnes cælos, sedensque ad dexteram tuam, promissum Spiritum Sanctum hodierna die in filios adoptionis effudit, Quapropter profusis gaudiis, totus in orbe terrarum mundus exultat. Sed et supernæ Virtutes, atque angelicæ Potestates, hymnum gloriæ tuæ concinunt, sine fine dicentes:

our Lord. Who ascending above all the heavens, and sitting at Thy right hand, on this day sent forth the Holy Ghost, as He had promised, on the children of adoption. Wherefore does the whole world rejoice with exceeding great joy; the hosts above and also the angelic powers join in singing the hymn to Thy glory, saying without ceasing:

COMMUNICANTES OF PENTECOST

COMMUNICANTES, et diem sacratissimum Pentecostes celebrantes quo Spiritus Sanctus Apóstolis innumeris linguis apparuit: sed et memoriam venerantes, in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ, Genitricis Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et...

IN communion with, and keeping the most holy day of Pentecost, whereon the Holy Ghost appeared to the apostles in countless tongues; venerating also in the first place the memory of the glorious ever Virgin Mary, Mother of Jesus Christ, our Lord and God; also of...

HANC IGITUR OF PENTECOST

HANC igitur oblationem servitutis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoque, quos regenerare dignatus es ex aqua, et Spiritu Sancto, tribuens eis remissionem omnium peccatorum, quæsumus, Dómine, ut placatus accipias: diésque nostros...

THIS oblation, therefore, of our bounden duty and that of Thy whole family we beseech Thee, O Lord, graciously to accept, which we make unto Thee on behalf of these whom Thou hast vouchsafed to bring to a new birth by water and the Holy Ghost, giving them remission of all their sins; and to order our days...

COMMUNION: ACTS 2. 2, 4

Factus est repente de cælo sonus, tamquam adveniéntis spiritus veheméntis, ubi erant sedentes, (allelúia): et repléti sunt omnes Spiritu Sancto, loquéntes magnalia Dei. (Allelúia, allelúia.)

Suddenly there came a sound from heaven, as of a mighty wind coming (and it filled the house) where they were sitting, (alleluia); and they were all filled with the Holy Ghost, speaking the wonderful works of God. (Alleluia, alleluia.)

EPISTLE: ACTS OF THE APOSTLES 2. 1-11

omnes, et mirabántur, dicentes: Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt? Et quómodo nos audívimus unusquísque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi et Medi, et Ælamíta, et qui hábitant Mesopotámiam, Judæam, et Cappadóciam, Pontum, et Asiám, Phrýgiam, et Pamphýliam, Ægyptum et partes Líbyæ, quæ est circa Cyrénen, et ádvenæ Románi, Judæi quoque et Prosélyti, Cretes et Arabes: audívimus eos loquéntes nostris linguis magnalia Dei.

his own tongue. And they were all amazed, and wondered, saying: Behold, are not all these that speak Galileans? And how have we heard every man our own tongue wherein we were born? Parthians and Medes, and Elamites, and inhabitants of Mesopotamia, Judea and Cappadocia, Pontus and Asia, Phrygia, and Pamphylia, Egypt, and the parts of Lybia about Cyrene, and strangers of Rome, Jews also and Proselytes, Cretes and Arabians; we have heard them speak in our own tongues the wonderful works of God.

FIRST ALLELUIA: Ps. 103. 30

Allelúia, allelúia. V. Emitte Spiritum tuum, et creabúntur, et renovábis faciém terræ.

Alleluia, alleluia. V. Send forth Thy Spirit, and they shall be created, and Thou shalt renew the face of earth.

SECOND ALLELUIA

*All kneel down*

Allelúia. Veni, Sancte Spiritus, reple tuórum corda fidélium: et tui amoris in eis ignem accénde.

Alleluia. V. Come, Holy Spirit, fill the hearts of Thy faithful: and kindle in them the fire of Thy love.

SEQUENCE: VENI SANCTE SPIRITUS

1. Veni Sancte Spiritus / Et emitte cælitus / Lucis tuæ rádium.
2. Veni pater páuperum / Veni dator múnerum, / Veni lumen córdium.
3. Consolátor óptime, / Dulcis hospes ánimæ, / Dulce refrigérium.

1. Come, Holy Ghost, send down those beams, / Which sweetly flow in silent streams / From Thy bright throne above.
2. O, come, Thou Father of the poor, / O, come, Thou source of all our store, / Come fill our hearts with love.
3. O Thou of comforters the best, / O Thou the soul's delightful guest, / The pilgrim's sweet relief.